

16.) Vid. applicationem infra v. 33.

19. *Et dabo prodigia*) Scil. antè diem novissimum. Signum in terrâ est fangvis i. e. varia bella in totâ Christianitate & fangvinis profusio. Matth. 24, 6. Ignis & palmæ fumi h. e. fumus instar palmæ rectâ ascendens.

24. Quem Deus resuscitavit, (postquam) qui solverat dolores mortis, scil. in crucifixione & in ipsâ morte, cum eam obibat, post mortem enim multi amplius erant dolores, Christo quippe secundum animam existente in Paradiso i. e. in æternâ gloriâ ac beatâ vitâ, secundum corpus verò placidè quiescente in sepulchro. Latini uno verbo vocabulum λύσας exprimere satis feliciter non possunt, nisi in passivo: *solutis doloribus* mortis. Belg. *upgeloset hebbende*/quos Galli imitantur, dicentes: *agant des noves des douleurs de la mort.*

Conf. Matth. 26, 26. *εὐλογήσας ἔκλασε.* it. *εὐχαριστήσας ἔκλασε.* Indè Calviniani arguunt: Quod in medio actionum necessariorum collocatur, id etiam est de necessitate eâ, cujus sunt illæ actiones necessariae. Atqui fractio panis in S. Cæna &c. Resp. Nondum probant, *κλάσιν* secutam esse *εὐλογίαν* & *εὐχαριστίαν*. Etenim cum conjungitur aoristus Participii cum præterito Verbo, non semper certum est, ordine agendi, aoristum antecedere, verbum sequi, neque ità semper interpretari licet: imò fieri solet, ut utraque actio sit conjunctissima & temporis momentis copulata, aut etiam illa, quæ participio aoristo exprimitur, sequatur, ea verò, quæ Verbo designatur, antecedit. Exempla legas Matth. 10, 5. Marc. 1, 31. c. 12, 4. Luc. 2, 44. Act. 5, 30. Hebr. 13, 2. 1. Tim. 6, 12. Jac. 5, 14. 2. Pet. 2, 4.

25. *εἰς*) pro *περὶ*. Heb, *לפי*

36. Scil. respectu humanæ naturæ: Verbum enim semper erat Dominus, neque post crucem demum factus est Dominus, sed divinitas humanitatem ejus fecit Dominum & Christum. Athanas. contrà Arianos Orat. 2. & 4.

37. *Quid faciemus?*) Scil. ut salvi fiamus?

40.) i. e. irrogenitis Judæis ex statu damnationis in statum regenerationis, ex statu iræ in statum gratiæ duci nolentibus.

43.) i. e. Timor Domini, Religio in Deum. Luc. 1, 65.

47. *χάρις*) sumitur pro gratiâ vel gratiositate. Respondet Hebræorum *חֶסֶד*

CAP.